



**CL. V. Ioannis VVamesii, I. C. Celeberrimi, In Academia  
Lovaniensi Antecessoris Primarii, Responsorum Sive  
Consiliorum De Ivre Pontificio Tomvs ...**

**Wamesius, Johannes**

**[S.l.], 1643**

De secundis nuptijs. Consilium DLIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98716)

64 prædictum decretum, à quo Reus appellaverat. (ad præripiendam occasionem frivola & calumniosa appellatio) restituit ac reposuit. \* Est enim id in potestate Iudicis quoad sententias interlocutorias, ut illas revocare possit, l. Quod iussit De re iudic. & revocando, appellationes ab illis interpositas impedire; ac procedendi ad sententia diffinitivæ pronuntiationem, viam sibi aperire: ut aperto quoque jure constitutum est, c. Cum cessante De appellat.

Quibus tamen omnibus non obstantibus Reus per appellationum diverticula, moras, ac dilationes querens, in hujus manifestè frivola appellatiois prosecutione coram Domino Officiali Colonienfi progressus est, & causam principalem, in qua ad testium examinationem & reliquorum terminorum observationem usque ad conclusionem inclusivè processum erat, per executionem literarum inhibitoriarum Officialis Colonienfis toto integro anno suspendi fecit. In cujus causæ appellatiois progressu Reus contrariam sententiam latam per Commissarium Domini Officialis Colonienfis retulit: quâ nondum contentus, denud ab illa etiam ad dictum Officiale Coloniensem committentem appellavit; sed illius appellatiois & ejus prosecutionis æquè infelicem exitum habuit: cum per sententiam Officialis Colonienfis dicti Commissarii sententia confirmata fuerit: à quâ quamvis Reus etiam provocaverit, tamen paulo post à provocatione destitit, ac sententijs hujusmodi, refutis expensis, formaliter acquievit. Ita ut nulla sit dubitatio, quin Rei illa appellatio sit manifestè frivola; imò manifestè calumniosa; ideoque ad appellationem postea à sententia diffinitiva in principali causa admitti non debeat, secundum expressam juris dispositionem, d. Clem. 1. in fine Rea decis. 58. alias est 412. De appellat. in novis. Imò quod magis est, si post inhibitionem à Iudice ad quem, ante declarationem, quod appellatio fuerit frivola, Iudex à quo sententiam tulerit: non possit dici nulla propter edictum tam manifestè frivola appellatiois, Rea d. decis. 58. & decis. 1. alias est 133. De offic. iud. deleg. in novis: multò igitur minus admitti debet disputatio, an Reus coram Officiali L. post hanc contumacem appellationem rectè citatus fuerit; & an per edicta citati ac contra eum per audientias contradictoriarum procedi potuerit; & an cum competente temporis intervallo citatus fuerit; in quo consumitur ferè tota tractatio secundæ instantiæ: quod tamen propter causas prædictas abrupte, hujusmodi disputationem latius non prosequimur.

Quod novissimè obijciatur de spretâ, non lectâ nec recepta consultatione seu informatione juris, Reo prodesse non debet: ob id, quod Reus alleget eodem illo die, quo sententia secunda lata fuit, illam Iudici secundæ instantiæ primùm oblatam, & apud illum depositam fuisse. Iam verò constat, etiam ad instantiam Rei in causa per Iudicem secundæ instantiæ conclusum fuisse vicefimâ sextâ Septembris anno 1564. & sententiam dicti Iudicis latam fuisse vicefimâ secundâ Decembris tunc proximè sequentis; unde constat Iudicem seu ejus Assessores fuisse in visitatione actorum tribus mensibus; constat quoque procuratorem

Conf. Wamel. Tom. II.

Rei per distinctos dies quinquies citatum fuisse ad audiendum jus dici; ita ut sibi imputare debeat Reus, cur tam ferò in momento ferendæ, & jam conceptæ sententiæ, informationem juris protulerit; cum alioquin informationes de actis & actorum substantia non sint. Nihil ergo est, unde constitui possit aliqua nullitas vel primæ vel secundæ sententiæ; sed ex adverso, si id luberet, posset clarissimè deduci ac probari, & hujus, & dictæ secundæ instantiæ appellationes omnino esse ac fuisse desertas; à quo, studio obtinendarum trium conformium sententiarum potius, quàm obtinendæ sententiæ declaratoriæ desertionis, consulto abstinemus. Et sic finem facientes concludimus, per Reverendum Dominum Iudicem dictas duas sententias confirmandas; & Reum appellentem in expensas hujus quoque tertiæ instantiæ condemnandum esse.

## De secundis nuptijs.

## S V M M A R I V M.

Pœna matris nubentis non petito tutore.

1. Pupilli hæres qui tutorem non petit successione cadit.
2. 6. 9. Mater vel avia contrahens secundas nuptias non petito alio tutore amittit successionem filij.
3. 5. Pœna secundæ nubentium qua hodie cessat.
4. 7. Mater qua non petito tutore filio nupsit quomodo excusetur.
8. Mora purgatio nulla est in termino legali.
10. Tutor & curator rerum pupillorum vel minorum possessionem non habent.
11. Possessionem ingrediendi facultas propria auctoritate quid operetur.
12. Possessionem vacuum vi occupans an puniatur.

## CONSILIVM DLIII.

**D**EBITATIONEM habere non videtur prima, quæ ex propositâ facti specie proponitur juris quæstio. \* Quæ enim ratione non tantum mater, l. 2. §. si mater Ad S. C. Tertull. l. 2. §. sunt autem Qui pet. iur. §. fin. Instit. Ad S. C. Tertull. sed quicumque, l. Sciant C. De legit. heredib. ad successionem pupilli alicujus intra pubertatē decedentis ab intestato vocatur, si tempore legitimo, hoc est intra annum (ut communior, Bald. Angel. Salicet. Castrensis, in Auth. presbyteros 2. c. De Episc. & cler. Ruinus consil. 8. Viso & bene vol. 2. n. 16. Decius consil. 16. Et diligenti, Socin. consil. 153. nu. 35. vol. Castrensis. consil. 29. In puncto superscripto nu. 2. & consil. 322. In casu superscripto nu. 2. p. 2. & legibus, §. fin. Instit. Ad S. C. Tertull. d. l. Sciant, magis probata habet opinio) ab hujusmodi successione excluditur, si pupillo tutorem antea non petijt: \* eadem mater vel avia, susceptâ semel tutelâ liberorum, si convolent ad secundas nuptias non petito & obtento alio tutore, nec redditus rationibus, l. Omnem c. Ad S. C. Tertull. Auth. de nupt. §. si autem tutelam col. 4. excluduntur omnino à successione liberorum decedentium, quorum tutelam administraverunt, & sic per secundas nuptias ipso jure deseruerunt. Bald. in c. Ex parte 2. De appellat. idque siue successio deferatur jure communi siue consuetudine, statuto, vel lege municipali, Alber-

Ccc

fm

tus Brunus in tract. de stat. exclud. femiu. artic. 5. principali q. 30. & artic. 12. princip. q. 5. Parisius consil. 84. Ser. Martinus nu. 25. vol. 2. Socinus Nepos consil. 16. Viso themate suprascripto nu. 2. vol. 2. Quam poenam incurrit mater & avia, simulatque nuptias contraxerunt, etiam si in domicilium secundi mariti traductæ non sint, Bald. consil. 366. mater quæ transivit vol. 4. aut concubitus non intervenit, Socinus Nepos consil. 8. In præsentis consultatione nu. 4. vol. 1. imò etiam si intra annum luctus sic nubant; nam annalis illa dilatio matri non nubenti tantum permittitur. Et quod magis est, etiam si pupillus, de cuius successione agitur, unicuique sit, nullis alijs liberis amplius superstitis.

Quamvis enim poenæ secundò nubentium ob solas secundas nuptias commissæ cessent, nec matris superstiti ob sint, cum nulli liberi, ad quorum injuriam tendebant secundæ nuptiæ, supersunt tempore delatæ hereditatis, l. Famine in fine C. De secund. nupt. non cessat tamen poena, quæ incurritur per contractas secundas nuptias à matre, non petito tutore liberis suis, quorum tutelam antè administravit. Est enim hæc poena pecuniaria, iure etiam vetustiore usitata, & in usum introducta, d. §. si mater, d. l. 2. §. sunt autem, ante poenas, quæ ob secundas nuptias simpliciter sine delicto aut specie delicti contractas, posteriorum Imperatorum constitutionibus favore liberorum non omnino odio matris insiluntur, d. l. Famine cum similib.

Quamvis in utroque articulo aliter consuluisse videatur Alexander, consil. 185. In causa & lite nu. 10. vol. 6. quòd propter præcipitatas & festinatas nuptias etiam intra annum luctus, non petito à matre alio tutore, non amittatur filij, qui unicuique superest, successio; si intra annum luctus decedat; sed quòd hoc casu mater duplici ex causa excusetur; tum quòd secundarum nuptiarum poenæ, nullis alijs liberis superstitis, cessent; tum quòd annus, qui ad petendum tutorem conceditur, d. l. Sciant, à die mortis patris pupilli nondum completus sit: sic ut Alexandro non sit satis probasse, non esse petitum tutorem, nisi etiam probetur, non esse petitum intra annum.

Cæterum hæc sententia Alexandri stare non potest in sic composito themate; & proinde quòd de annali termino dicit, referendum est ad casum, quo mater non convolvit ad secundas nuptias; & quòd de sublatione poenarum ex secundis nuptijs proponit, restringendum est ad eas nuptias, quas sine negligentia tutorum contraxit. Loquuntur enim in ijs terminis Cynus, Bartolus & Baldus, in Auth. Ex testamento C. De secund. nupt. quorum auctoritate ibi utitur Alexander: prout etiam has causas eleganter & exactè discernunt Franc. Arezzinus, consil. 40. Præsupponitur in facto nu. 3. & 5. & Carolus Ruinus, consil. 86. Cum ista mulier nu. 4. vol. 5.

Et hæc quidem jus certum & indubitatum habent; neque ulla juris Canonici constitutione immutata sunt. \* Poenæ enim secundò nubentium eatenus tantum sunt revocatæ, c. fin. De secund. nupt. quatenus præceptis secundò nubentium festinatio punitur; non quatenus secundæ nuptiæ juris aliquis amissionem, respectu & favore liberorum,

inferunt: atque ita communi opinione apud omnes receptum est, Innocent. & post eum alij in d. c. fin. De sec. nupt. Angel. in d. §. si autem tutelam, Matthæus de Afflict. decis. 75. in fine, Guido Pape consil. 120. Factum tale nu. 1. & consil. 43. Testator decessit. Cum ergò hæc poena non tam puniat matris secundas nuptias, quàm filio, ne sine tutore sit, prospiciat, & prospiciendo, ei, quæ præcipiti festinatione, ut ait Baldus, d. consil. 366. non petito tutore nupit, spem successionis eripiat; stare etiam hodie intelligitur: tantoque magis, quòd et si in secundis nuptijs simpliciter per se nulla sit species delicti, sit tamen cum, non petito tutore, mater convolat ad secundas nuptias: delinquit enim, ut ait Angelus, consil. 345. Primo matris nu. 3. circa ipsam pietatem, in qua fundatur causa & ratio successionis.

Cum itaque in casu proposito proponatur ea, quæ ad hanc poenam imponendam requiruntur, veluti filij pupillaris ætas, d. §. si mater; tutela suscepta & per aliquot annos à matre administrata, d. l. omnem; secundæ matris nuptiæ vivo impuberi contractæ, filio non petito & multò minùs obtento alio tutore, & necdum redditus rationibus, nec perlolutis reliquis administratæ tutelæ, d. l. 2. §. non solum d. l. omnem in fine; postremò in pupillari ætate contingens filij mors, l. Matres C. ad S. C. Tertull. nihil dubitandum videtur, quin mater filij sui successionem privata censi debeat. \* Alioqui sanè multis ex causis ab eadem poenâ excusari posset mater, quæ non petito filio impuberi tutore convolvit ad secundas nuptias; veluti si minor viginti quinque annis convolverit ad secundas nuptias, l. fin. C. Si advers. delict. latè Socinus Nep. d. consil. 8. nu. 7. & seq. Lud. Romanus consil. 279. Visi rheumatis, Hieron. Gratus consil. 83. Principale dubium parè 2. etiam si tempore mortis pupilli major fuerit, Bald. consil. 303. Mater in prædium vol. 4. Non enim potuit eo tempore esse filij tutrix, propter ætatis defectum, l. 2. C. Quando mul. tutelæ off. fungi poss. nec sola administratio tutelæ eam facit obnoxiam huic periculo, sed tutelæ legitima susceptio, Bald. in d. l. omnem vers. quid si mater, de ius consil. 591. Item ex alijs pluribus causis, quas ordine recenset Ioannes Nevizanus, in Sylva nupt. in verb. vidua non nubendum; quas necesse non est hic scrupulosius excutere: cum nihil proponatur, cur mater excusari debeat.

Hoc sanè addimus, nihil facere ad matris excusationem, quòd tutela filij non fuerit omnino derelicta, sed statim post duos aut tres dies per agnatos & cognatos pupilli excepta: nam ad exclusionem matris satis est, vel momento constitutioni, quæ propter non positum tutorem, matrem convolvantem ad secundas nuptias à successionem filij excludit, locum esse factum. Moræ enim nulla hîc est purgatio, Salicernus in d. l. Sciant; quia terminus à lege præscriptus est, l. Quod si nolit §. si quis ita de edil. edicto, Bald. in l. diffamari C. De ingen. manumiss. & contractis nuptijs mater mox inideneæ effecta ad petendum tutorem, tamquam suspecta ob novercalia delinimenta. Neque ad matris excusationem facere potest agnatorum diligentia & sollicitudo: cum ad eam in contrarij, jam etiam à matre propter suam negligentiam, ut successionis spes,

9 ita quoque tutelæ onus pertinere inceperit. \*  
Vnde etiam in simili videmus, ubi non interveni-  
entibus secundis nuptijs mater anno cessavit filio  
impuberi petere tutorem, non excusari matrem, si  
aliquis cognatus tutelam administraverit, *Bald. in l.  
precibus versis. sed quid si mater non administraverit Ci.  
de impub. & alijs subit. Paulus Parisius consil. 85. Cir-  
ca presentem nu. 19. vol. 1. aut pupillus alium tuto-  
rem legitimum habuerit, Bald. consil. 411. Factum  
sile vol. 3.*

Quibus quidem ita constitutis supervacue red-  
duntur duæ posteriores quæstiones; an propter vio-  
lentam bonorum dicti pupilli invasionem, mater  
privari debeat jure suo. Si enim antea propter se-  
cundas nuptias, non petito filio impuberi tutore,  
contractas, exclusa fuit à spe successionis in pube-  
ris filij, d. l. *Omnes*; nihil est, quod propter vim ad-  
missam perdat mater ex bonis filij sui, quæ nun-  
quam habuit, l. *Non videtur rem amittere De reg. iur.  
l. Manumissiones De iustit. & iure l. Decem in fine de  
verb. obligat.* Interim ne consulenti in ijs dissolvendis  
desimus, non detrectabimus paucis ad eas res-  
pondere, in verso earum ordine: frustra enim de  
pena invadentis possessionem suscipitur quæstio,  
si non constet de possessore, l. 1. §. *deiecitur De vi  
& vi armata.*

10 Et sane non videmus, quo jure dici possit, apud  
dictos tutores permansisse possessionem rerum pupil-  
larium, quam nunquam habuerunt; tutorem enim &  
curatorem, etiam si administrationem rerum pupilla-  
rium habeant; earundem tamen rerum possessio-  
nem nullam habent; imò, ut ait Bartolus, in l. 1. in  
princ. nu. 20. de acq. poss. nec detentionem quidem;  
suo enim nomine nihil ex rebus pupillaribus de-  
tinent, sed nomine pupilli seu minoris. Cum ita-  
que pupilli possessio morte illius extincta fuerit, ut  
etiam tutela, l. *Nisi finita De tutela & ration. distrab.*  
neque post mortem pupilli periculo tutoris sint  
res pupilli, l. *Cum post mortem De admin. tutorum*;  
non potest censeretur apud tutorem permansisse; ne  
quidem si eidem tutores hi fuerint, ad quos ab in-  
testato, exclusa ex capite non petiti tutores matre,  
pupilli hereditas erat perventura (quod ex propo-  
sita specie satis percipi nequit: ) possessio enim de-  
functi in heredem non transfertur aut continua-  
tur, nisi de novo apprehensa sit, vel in ipsa aditio-  
ne, vel post illam, l. *cum heredes in princ. de acquir.  
possess.* Vt generaliter contingere solet jacente hæ-  
reditate, in quam proinde tamquam vacantem  
minori periculo fieri solet violenta invasio, *Faber  
in l. fin. C. Vnde vi.* Non leve quoque argumen-  
tum deficientis possessionis in eo constitui potest,  
quod tutores de facto in Castro non permanserint,  
sed id velut ad opus habentis custodientes ob-  
signaverint, & velut in sequestrum deduxerint,  
solum ejus custodiam sibi usurpantes: ut est in  
commodatario & depositario, qui possidere dici  
non possunt, l. *Rei commodata D. Commodati l. Licet  
§. rei depositi.*

11 Quo constituto ultro sese offert secundæ quæ-  
stionis resolutio, quod mater ex referatis seras, &  
occupatum Castrum, non exciderit jure suo, si  
quod habuit. Neque enim occupata aut vi invala  
potest dici possessio tutorum, neque tutores eâ  
spoliati, quam nunquam habuerunt, *Gloss. in c.  
Conf. Wamels. Tom. II.*

Olim causam de restit. spoliat. Decius consil. 191. & si  
quam habuerunt, illam ex capite tutelæ, non suo,  
habuerunt; & cum ad summum, custodiæ causâ  
tantum retenta dici possit, amittendi juris nullum  
potuit esse periculum ei, qui suo jure & propriâ  
auctoritate castrum apprehendere & occupare po-  
tuit: facultas quippe intrandi possessionem propriâ  
auctoritate, operatur, ut ingrediens non teneatur  
possessionem restituere, *Capolla consil. 60. Omissa fa-  
cti serie; \** & vim etiam in occupandâ hujusmo-  
di possessione adhibentem, à penâ amittendæ rei  
excuset: ut est in domino rem commodatam, aut  
depositam violententer auferente, *Gloss. in l. Si quis in  
tantam C. Vnde vi, & ibi Bart. & alijs*; præsertim cum  
possessio rei vacat, vel tantum ab aliquo detinetur,  
*Gloss. in verb. ignorant & ibi Bald. in l. fui. C. Vnde vi.*  
Vnde tradunt Interpretes, penas violentæ inva-  
sionis cessare in hereditate jacente, *Faber & alijs in  
d. l. fui*; item in re sequestratâ, ubi rei sequestratæ  
communis consensu partium nullus constitutus est  
sequestrer. Proinde nisi tutores iidem fuerint, qui-  
bus exclusâ matre debebatur pupilli successio; &  
præterea hereditatem pupilli adierint, animoque  
excludendi matrem, & gerendi pro hærede ca-  
strum obsignaverint; non videmus, cur matri  
nocere debeat serarum etiam violenta avulsio &  
castris occupatio: si ex primo propositi facti articu-  
lo à jure successionis filij sui impuberis non exci-  
dit; quia scilicet filio ante contractas nuptias tu-  
tores non petiverit; quod tamen cur dici debeat,  
secundum superius ad primam quæstionem deduc-  
ta non videmus.

## De secundis nuptijs.

## S V M M A R I V M.

Nubentis intra annum luctus pœnæ.

1. Probationum pondus in arbitrio iudicis est.
2. q. 6. Testibus utrimque paribus quibus credatur.
3. Testes variantes ad concordiam reduci debent.
5. Scriptura diversis credendum non est, sed bene re-  
sibus.
7. Frater pro fratre testis esse potest.
8. Sermo civilis an & quando obliget.
9. Vidua nubens intra annum luctus lucra nuptialia  
amittit.
10. Nubentium secundo pœnæ an iure Canonico sub-  
lata.
11. Mulier intra annum luctus nubens, si non pariat in-  
tra undecimum mensem, non tenetur pœnis legis.
12. Error post longum intervallum revocari non potest.
13. Notorium allegari sufficit, nec necesse est illud probare.
14. Reditus annuus pensiones lite pendente cessat officio iu-  
dicis in condemnationem venire possunt.

## CONSILIVM DLV.

**I**N causa, quæ agitur coram Venerabili Do-  
mino Officiali Leodiensi Lovanii residente,  
inter M. Walterum R. maritum Mariæ S.  
Actorem, & Ioannem B. dictæ Mariæ ex  
priori suo matrimonio socerum Reum; tres oc-  
currunt articuli, circa quos totius causæ status &  
difficultas versatur: quorum primus facti magis,  
quàm juris habet quæstionem; reliqui duo in  
jure